

V S V S.

Notetur legem esse spirituales, ac proinde à nobis nō posse impleri, nos autem nihilominus debere obedientiam legi. Demus itaq; operam, ut & DEUM & proximum tantum, quantum in hac imbecillitate fieri potest, diligamus. Rom. 7.

Item, DEO illum cultum admodum displicere. qui tantum ore vel externis gestibus, & non corde præstatur. Esai. 29.

Circa secundam quæstionem.

I. Observetur tempus proponendi:

*Cum essent Pharisei congregati.*

V S V S.

Apparet itaq; Deū velle omnes homines salvos, & nolle mortem peccatoris. 1. Tim. 2. Ezecl. 33.

II. Quæstio ipsa: *Quid vobis videtur?*

V S V S.

Christus vult innuere impletionem legis in ipso esse quærendam, & ad æternam salutem externam legis notitiam non sufficere, sed requiri etiam insuper cognitionem Evangelij.

Discendum etiam est nobis, quis Christus sit? nempe Filius David secundum carnem, Filius autem DEI secundum Spiritum. Rom. 8.

Respon-